meditatus fueris; Sapiencia autem est in diuinis et spiritalib;
rebus. in usque ad id inpertinent; prudencia uero in temporalib;
Inclinabo in parabolam aurem meam. i. umiliabo et submittam
mentem meam ad intellegendam misteria xpi; sciens quippe
propheta xpm parabolice locuturum dicit se summisse mentis
[illegible] mata et precepta auditurum; Aperiam in psalterio propositionem meam.
i. ea que in corde didicero opere adimplebo. Psalterium quippe non
solum uoce est set etiam in opere; Cur timebo in die mala; hoc et ex persona
apostolorum et ex persona xpi potest accipi; Si de xpo accipias diem
malam intellege diem passionis; Malam scilicet iudeis et in xpm non
credentibus; Nam saluatis morte xpi et redemptis sanguine eius bona et
felicissima illa dies fuit; dicit itaque xps; Ego qui peccatum non feci
nec dolus inuentus in ore meo. cur timeam in illo die pati; Iniquitas calcanei
mei sub. nonquid circumdabit me. non utique; per calcaneum quippe extrema pars
corporis. mortem debemus accipere. que est extrema pars uite; Cuius iniqui
tas non circumdedit xpm. quia minime potuit labi in calcaneo; Illi quippe
pelabuntur in calcaneo. qui ex meditatione et affectu peccant. Et nullum
iniquitatibus suis terminum usque ad finem uite ponunt; Hi itaque gra
uiter in calcaneo labuntur. Iuxta quod de prima muliere dictum est
et serpente; Ipsa conteret caput tuum et tu insidiaberis calcaneo
eius. i. morti; Nam circa finem maxime diabolus insidiatur; Potest et
iniquitas calcanei originale peccatum intellegi; Primus namque homo
in calcaneo lapsus est. quia scienter et ex arbitrio peccauit; Dicit ergo xps;
Cur ergo inquit timeam in morte iniquitate aliqua constringi
qui nec originale peccatum uel delictum incurri. nec actuali ad
misi. Si autem hoc corpus apostolorum dicat erit sensus; Cur timebo
inquit apostolica unitas in die mala id est in die mortis cum